

vel a vespis comportatum; et sic defecisse quam plures opinio tradit humano destituti iuvamine.

7. (8)* Hii tales merito milites et martyres in conspectu divinae pietatis verissime creduntur (9), licet nomina eorum et vita omnino nesciatur ab hominibus, non eo minoris gloriae apud deum habentur in coelis. Unde bene ipsis potest aptari illud Gamalielis: „licet in terris habeantur loco humili, tamen immensa gloria cumulati gloriose vivunt in coelo ante deum.“ Merito enim coronantur cum martyribus, cum heremi patribus, cum coetu virginum habentes praemium omnium electorum, et gaudium omnium angelorum**.

8. (10)*** Post inhabitationem multorum annorum huius vastae solitudinis, illi sancti anachoritae intelligentes, humanam fragilitatem non posse perferre tam arduae vitae effectum hunc, humanae naturae contrarium, considerantes hyemis asperitatem, nivium abundantiam longo [fol. 2^b] tempore durantium, omnem aditum hominum ipsis negantibus ita, quod omnino omnium hominum liberalitate carerent (11)† sicut patet in tempore praesenti, quod infra spatium duorum milliariorum¹ adhuc inhabitantibus locum, accessus hominum negaretur, nisi magna frequentia hominum hoc efficeret, unde terminus ille diffinitus, sive denominatus rarus fructus proferre consuevit (12) ††, quia locus iste quadam speciali horriditate squalet² praec tota habitatione Nigrae Sylvae, quae tamen lata et longa describitur.

9. (13) ††† Tunc fratres separatim habitantes in unum convenerunt per inspirationem spiritus sancti, qui per prophetam *† loquitur: „ecce quam bonum et quam iocundum, habitare fratres in unum.“ Unde

¹ milliorum pr. m. milliorum s. m., Hf. ² squallet, Hf.

* Handnote: Martyres improprie dicti. Nomina eorum et vita incognita.

** Der vorstehende Satz ist in Reimen und Versen abgefaßt, welche Schreibart auch in andern Stellen erscheint.

*** Die Marginalnote lautet: Eremitas per multos annos vastam hanc solitudinem inhabitasse asserit auctor, non per plura saecula.

† Auf dem Rande steht: auctoris aetate accessus ad fratres ad Albam spatium duorum milliariorum adhuc difficilis admodum erat.

†† Die Marginalnote lautet: Asper et incultus locus, quem primi fratres inhabitaverunt.

††† Auf dem Rande steht: Locus difficilis, nisi dicas, eremitas singillatim seu distinctis in cellulis prius habitantes, divino instinctu in unum convenisse e diversis clivis montium, atque in unam quodammodo rempublicam coaluisse, ut hac ratione deo liberius vacarent et victui necessaria facilius sibi compararent.

*† Hf. fol. 132, 1.

multum exhilarati¹ spontanea voluntate obedientes inspirationi spiritus sancti, vincientes se fraternam fraternitatem, erat eis cor unum et anima una, secundum illud dominicum dictum*: „ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum.“

10. (14) Ita ergo confluerunt de diversis clivis montium, ut adunata fraternam fide, ac familiaritate se concorditer consolarentur**. Unde ipsis aptari potest, ut scribit Lucas in actibus apostolorum: „et erat eis cor unum et anima una“***.

(15) †. Eligerunt ergo sibi unum inter se virum boni testimonii ac sanctae vitae, timentem deum, providum, charitate fraternam diffusum, ac per omnia ad omnem dispositionem utilem, cui bene aptari potest illud, quod de beatissimo patrono nostro Blasio canimus: „verax, mansuetus, ab omni opere pravo abstinens“ ††. Cui se subdidere promptam obedientiam, vocitantes eum patrem, cui indefessa ac infatigabili obedientiae iugo [se²] vincientes regulari tramite, vitam disponere ac actitare intentabant.

11. (16) ††† Hic venerabilis pater susceptam sponcione obedientiae boni mandritae volens exercere opus sibi iniunctum, prout necessitas fratrum expetebat, ordinabat, ac iniunxit unicuique fratrum secundum habilitatem³ corporum, sive morum, rationaliter ac prudenter ac provide discernens aetates ac virum qualitates, prout unicuique competebat. (17.) †* Nam

¹ exhilarati sec. m. ² seht. ³ abilit., Hf.

* Matth. 18, 20.

** Von diesen jetztreuten Wohnungen der Schwarzwälder Einsiedler ist nur noch als örtlicher Beweis aus ältester Zeit das Städtchen Zell im Wiesenthal übrig. Alle andere jüngere örtliche Nachweisungen sind Einsiedel b. Neustadt, Bruderthal am Schluchsee.

*** Act. apost. 4, 32.

† Auf dem Rande steht: Eremitae constituunt sibi praepositum, quem patrem appellant.

†† Diese Stelle scheint aus dem officium s. Blasii entlehnt zu sein. Gerbert vetus Liturgia Alemaniae gibt zwar das officium s. Blasii nicht, aber folgende zwei Notizen tom. I. p. 105 und II. p. 893 darüber, welche auf die Zeit, wann der Verfasser schrieb, einiges Licht werfen. Gerbert a. a. O. I. p. 105 jagt, das St. Blasische Sacramentarium enthalte das festum s. Benedicti, aber das festum s. Blasii ist am Schluß von jüngerer Hand beigefügt. Daraus schließt er, das patrocinium s. Blasii sei von Rheinau nach St. Blasien gekommen. Vd. 3 S. 893 jagt er dasselbe, mit dem Zusatz, im 12. Jahrh. sei das patrocinium s. Blasii in dem sacramentarium nachgetragen worden.

††† Die Marginalnote lautet: Hic (pater) eis praeest. eiusque opera injungit.

* Handnote: „Fratres ad Albam,“ hoc nomine eremitae illi adhuc appellati sunt initio saeculi XI., ut discimus ex actis Murensis monasterii ab auctore XII. saeculi conscriptis. Hinc